

one et misericordia de passione. Tertio ad preparationem congruam requiritur: ut post predicationem animam virtutibus adornem: dominus enim virtutum nude anime se nullatenus coniungit sicut enim dominus sessurus super asellum sine vestibus non recessit sic nulli anime se coniungit nisi fuerit virtutibus adornata. vñ **Bern.** Beate vite omnino locus in anima non erit nisi virtutes medie fuerint interiecte. Non enim sessurus super asellum vestes suas discipuli subtraherunt signantes saluatore nequaquam nudi anime insidere: quam nec inuenit vestitam doctrina et moribus apostolorum.

De tribus ergo virtutibus ad ornatum precipue pertinentibus hic dicemus: quoniam prima est continentia per quam ea que per diffusionem conscientie sunt purgata cauente iterum illabantur. Quia ut dicit **Esai. Angustum est stratum: ita ut alter decidat et pallium breue operire utrumque non potest. Per continentiam itaque anima cingitur ne quecumque carnis delectabilia admittant. Que dum impugnaverint dicamus eis illud **Cant.** Laui pedes meos quomodo iterum inquinabo illos cui tunicam meam quomodo iterum induar illam propter quod dominus apostolos bene purgatos ammonuit dicens. Sint lumbi vestri precincti etc. **Secunda virtus animam adornat est humilitas: sine qua deus nullam animam visitabit. Unde in **Prover.** dicit. Anquam gloriatur subaudiis: anima per visitationem humiliatur. Unde in **Ecclesi.** dicit. Humilia te deo et exalta manum eius: hec enim virtus supra modum animam deo assimilat. Ipse enim secundum **Danilem** homo humilimus nominatur: propter quod discipulis ante missionem spiritus sancti dixit. Discite a me quia mitis sum et humilis corde: propter quod omnium virtutum plenitudinem possidens videlicet beata virgo solum de humilitate gloriatur dicens. Quia respexit humilitatem ancille sue. Sciebat enim virgo sancta: quod precipue humilitas deo via prebuit ad eum illius. vñ **Bern.** Audio dicere quod nec marie virginitas sine humilitate deo placuisset. Idem. Insuper est et in sanis quicumque in alijs vite meritis: quicumque in alta religione seu sapientia nisi in sola humilitate gloriatur. Hec ergo virtus hu-****

milicatis pre ceteris deum allicit: cogit et trahit ad spiritalem visitationem in anima celebranda. sicut dicit per prophetam. Ad quem respiciam nisi ad humilem: et tremens sermones meos: ac si dicat. Quem visitabo nisi quem per humilitatem video adornatum. propter quod **Jacoby** dicit. Deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam. **Tercia** virtus singulariter animam adornans est pacis tranquillitas. vnde **ps.** In pace factus est locus eius. Idem. In pace in idipsum dormit et requiescit. Unde dominus per resurrectionem suam discipulis suis frequenter optauit pacem. Volens corda eorum ut essent receptacula munda preparare eo quod non longe post spiritum sanctum eis misit. De hac pace quia multa in prehabitis dicta sunt: sufficiant hec pauca. De tres virtutes singulariter animam ornant ut in dignitatem sponsae sic ornata feliciter assumat.

Sermo XXVI

Occurre mihi

obsecro hodie **Genesis.** vicesimo quarto. Expedito vno membro trimembri diuisione in priori sermone proposita scilicet de preparatione: nunc de secundo scilicet de occurrence quam dominus dederit est dicendum.

De ergo sponsa videtur sponsam suam in sui preparatione pater et ornatio sollicita: ut pulso fastidio festinet: acceleret omnes impensas nuptiarum conuenientes cum diligentia preparare non solum venire sed accelerare: et cuius vellemus desiderio sperare credendum est: non quod sponsus festinet eo quod videat eam festinantem sed quia sponsa in veniendo accelerat: signum est sponsum amplius festinare. Illius namque desiderium anime creat desiderium. Et quia ipse deus festinat intrare: ideo ipsa festinat se preparare: nam desiderium sollicitudo acceleratio amor et quicquid in affectibus esse poterit anima accipit ab effectibus dei. vñ **Bern.** **Elia** ex eo quod se diligere et vehementer diligere sentit: etiam diligere nihilominus vehementer non ambigit: ac de sua singulari intentione sollicitudine cura et opera quibus incessanter et ardentem inuigilat: quemadmodum placeat deo equum: hec omnia in ipso indubitanter agnoscit: recorum

Sermo

dās pmissiōis ei⁹ qua dicit. In qua mēsurā
menti fueritis remerietur vobis. **¶**
Quicquid ergo ex sanctis affectibus habebim⁹
mus ex suis affectibus credim⁹ indubitan-
ter emanasse. Anima itaq; quia decore spon-
se tam pulcritudine reformata q̄ virtutibus
adornata induit. Ideo sponsus amplexus
eius desiderans: dicit ei verbū ppositū. Ob-
secro occurre mihi hodie. **¶** Notabiliter autē
dicit hodie: quia tanto desiderio veniēdi ex
decore anime inflamat: vt nec vnus diei
moram sponse indulgeat in occurrendo. ac
si di. Quia nihil restat nec superest facien-
dum nisi vt occurras: obsecro vt hoc facias
festinanter vt hodie te incipiā exaltare. sicut
Josue dicitur. **¶** Ex his ergo sponsa puocata
le pparat ad occurrendum. **¶** Est autē
sponsio in triplici deuotionis genere occur-
rendum scz conatu indeficienti. desiderio ve-
hementi. amore excedenti. In his tribus affe-
ctibus si dño occurrimus ipse se nobis tribu-
et sine mora. **¶** Primo ergo occurrendū est ei
conatu indeficienti. **¶** Quod tunc facimus.
Si omnia que possumus cogitatione. deuo-
tione. affectione. operatione. indefesso men-
tis conamine facimus incessanter. **¶** Dic autē
conatus duos habet terminos a quo videli-
cet ⁊ ad quē. insinuans per hoc vta nobis
ipsis ⁊ ab omni specie mali sit foris conamine
recedendū: ⁊ ad oīa que sūt ad deū tanq; ad
terminum ad quem fortissime sit conandū
hoc facere monemur. **¶** Eccl. vbi dicitur. **¶** Qd
cunq; potest manus tua facere cōstāter ope-
rare: quia nec opus nec ratio nec sapientia
nec scientia erunt apud inferos quo tu pro-
peras. glosa. per que scz in futuro possumus
meritoria operari. In hoc conatu stetit Apo-
stolus cū dixit Corint. v. **¶** Contendim⁹ siue
p̄sentes siue absentes placere deo. **¶** Quō au-
tem in hoc conatu sit agendū subiungit vi-
dens. **¶** Omnis qui in agone contendit ab oī-
bus se abstinet. vt ad deum possumus expe-
ditius conari. **¶** Dic conatus maxime ē vru-
tis in tantū vt dicatur Iudicū. **¶** Magnani-
mōrū reperta est cōtentio. ac si diceret. **¶** Qui
sic continue conantur placere deo: magnani-
mes vt sint necesse est. **¶** propter qd talis co-
natus per quē cōtinue a malis recedimus:

⁊ ad bonū contendimus: viris sanctis id ac
vita pro perfectione iudicatur. **¶** Hinc est qd
dicebat Apo. **¶** Non arbitror me cōprehēdis-
se scz perfectionem. **¶** Quid ergo faciendū sit
ei subiungit cum dicit. **¶** Unum autem ē ne-
cessarium: que quidem retro sunt oblit⁹: ad
ea que sunt priora me extendens ad destina-
tum brauium prosequor superne vocandis
in christo iesu. **¶** Deinde addit in formās nos
ad similia faciēda. **¶** Quorū autē perfecti
sumus hoc ipsū sapiamus. ac si dicat. **¶** Qui
cunq; ex continuo conatu p̄ eorū que retro
sunt obliuionem: ⁊ per ea que ante sunt ex-
tensionem iam p̄fecti sunt: hoc ipsū sapiāt
i. se iudicent imperfectos. **¶** Super quod
bum Apostoli dicit Bernardus. **¶** Perfecta
eorum que retro sunt obliuio: et perfecta in
anteriora extensio. ipsa est hōis iusti in hac
vita perfectio: ita videlicet vt eorum bonorū
que dudum fecimus tanq; nihil sint: imo
punitioe digna obliuiscamur nihil ea cur-
rantes: ⁊ cū magna auiditate extendamus
nos ad alia bona faciēda: tanq; in p̄teritis
bonis nihil penitus habeamus: facientes i
hac parte sicut auari secularis: qui bona iam
lucrata pro nihilo reputant et ad non habi-
ta auidius se extendunt. **¶** Propter quod sal-
uator in euangelio dicebat. **¶** Filij huius se-
culi sapientiores sunt filijs lucis. **¶** Sup qd
verbum dicit Bernardus. **¶** Urinam fratres
sic nos essemus cupidi gratie spiritualis quē
admodum seculares lucis temporalis: ma-
gna confusio magna valde abusus: qd arde-
tius illi permissio desiderant q̄ nos vtilia
et fructuosa. **¶** Vides eos quicquid adepti sūt
paruipendere respectu eorum que poterūt
adipisci et vilescunt eis omnia habita nisi
etiam non habita consequantur. **¶** Sic colli-
gentes legumina in saccum post tergum
proiciunt abscondentes ea ab oculis: ne iā
collecta sufficere videātur. **¶** Talis itaq; mo-
dus lucrandi viris sanctis perfectio repu-
tatur. **¶** Unde alias dicit Bernardus. **¶** Inde-
fessum perficiēdi studium ⁊ iugis cona-
tus perfectio iudicatur. **¶** Propter quod vi-
cit leo papa in sermone. xl. **¶** Nec est perfectio
esse perfectos: ne ab itinere nodū finiti celi

lantes ibi incidant deficiendi periculum ubi
 proficiendi deposuerunt appetitum. Nemo
 enim nostrum tam perfectus est tam sanctus
 est ut perfectior sanctiorque esse non possit: et
 iam si ad summa queque studia prouebatur.
 quia sicut semper potest habere quo recedat
 ita potest habere quo crescat. Omnes enim
 qui perfecti esse desideramus ab his in que
 peruenimus in ea que nondum apprehendi
 mus pia auuiditate curamus. Nec habemus
 unde causemur: sed unde merito ex medul
 lis cordium toni in gratiarum actione perse
 mur: quia si surripiente mortis articulo in
 hoc conati: et sancta contentione et sanctitate
 vite nostre sicut a deo apprehensi sumus: non
 dum completa: vitam finimus: non tanquam
 imperfectos sed tanquam perfectos accipit nos
 deus: nec secundum mensuram imperfectionis nostre
 in qua vitam finiuius: sed secundum perfectio
 nem ad quam conati sumus et fideliter contē
 dimus a domino premiamur. Unde hanc sentē
 tiam aperte declarat Bernardus. dicens. Multi
 tota vita sua ad hoc tendunt sed nunquam per
 tendunt: in quibus tamen si pie perseverauerint
 statim ut de corpore exeunt reddidit eis quod in
 hac vita dispensatorie est negatum. Illuc
 perducite eos sola gratia: quo prius ten
 debant ipsi cum gratia. Secundum membrum
 quod deo sponso occurrimus est desiderium non que
 ritur sed quod in proposito describemus.
 Quod ut euidentius exprimamus. **S**
 Sciendum quod est triplex desiderium scilicet na
 turale rationale spirituale. Naturale desi
 derium est quod ex natura habemus: nullo
 exercitio nulla gratia acquisitum: et ex hoc desi
 derio bonum inquatum bonum cupimus: vni
 uersi. De hoc desiderio dicit philosophus
 primo methaphisice. Omnes homines natu
 ra scire desiderant: inquatum scire est quoddam
 bonum. Sicutiam omnis homo deum deside
 rat in quantum est summum bonum omnia bona
 in se continens. Cuius ratio est: quia ad id su
 mum bonum eternaliter perfruendum creati
 sumus: et ideo hoc desiderium insitum est na
 ture: ut per desiderium adhereret ei in via
 ad quem eternaliter perfruendum esset felici
 ter ordinatus. De hoc desiderio dicit Boe
 tius. Omnis mortalium cura: quam multi

pliorum studiorum labor exercet: diuerso
 quidem calle procedit: sed ad unum tamen
 beatitudinis finem nititur peruenire. Id autem
 est summum bonum quo quis adeptus nihil ul
 terius desiderare queat: eo quod est summum
 omnium bonorum: cuncta intra se continens bo
 na: cui siquid defozet summum esse non potest:
 quoniam derelinquere extrinsecus quod po
 test operari. Est ergo mentibus hominum huius
 verbi boni naturaliter inserta cupiditas: sed
 ad gaudia falsa deuius error abducit: quo
 rum hominum et si caligante memoria tamen
 summum bonum reperit: sed velut ebrius domum
 quo tramite reuertatur ignorat: et hec omnia ex
 desiderio naturali oriuntur. Secundum desi
 derium dicitur rationale: eo quod ex iudicio rati
 onis procedere videatur: quod tunc habet
 fieri cum per iudicium rationis discurremus
 rerum precia estimantes: ex quo desiderare
 incipimus que cognoscimus viciniora salu
 ti: sicut celum plus desideramus quam terram
 anime salutem plus quam corporis: eternitatem plus
 quam temporis breuitatem: et inter virtutes illi
 la plus cupimus que nos faciunt sanctiores
 De hoc desiderio dicit psalmista. Concupiuit anima
 mea desiderare iustitiam tuam in omni tempo
 re. Ex desiderio enim rationis cognoscit vti
 le desiderium iusticie: et ideo desiderabat de
 siderare: id est ex desiderio rationali concu
 piuit desiderium spirituale. De hoc desiderio
 idem dicit. Desiderium pauperum exaudi
 uit dominus: pauperes enim sumus qui mul
 ta desideramus et modicum facimus: desi
 derium nostrum raro in opus perferentes: sicut
 desideramus esse boni: sed opera que sic nos
 bonos faciunt non mouemus. Hinc est illa
 vetus querela omnium religiosorum querulan
 tum sibi deesse gratiam: cum magis ipsa gratia
 habeat conquiri se factores bonorum operum non
 habere: habemus enim omnes desiderium sancti
 tatis: sed ea que sanctitatem efficiunt nulla
 tenus operamur. Tertium desiderium voca
 tur et dicitur desiderium spirituale quod pro
 pter et loco in mentibus deuotorum ex considera
 tione nostre inopie: et diuine clementie tam efficaci
 ter concipit: ut ex hoc desiderio magna et ar
 dua et nostre mentis omnino inconuenientia desideretur.
 Et hoc est desiderium per quod sponsa christi

sponso suo occurrere oportebit: que licet se miseram nudā et inopem reputet: se ipsa tamen ab hoc desiderio compescere non poterit nisi eum desideret cuius presentia replet celum. Hoc sanctum desiderium cum multis bonorum operum exercitijs intimis deuotionibus ad plenum perficitur: nec ex cogitatione generatur: nec meditatione formatur nec humana industria ordinatur: nec uerbis preconceptis pronuntiatur: sed intimis suspirijs euaporatur: uerbis flentibus uultu profluentibus manifestatur. De hoc desiderio dicit ps. Domine ante te omne desiderium meum. ac si dicat. Tam magnum est quod nullis tibi possum uerbis exprimere. Sed ante te est qui nosti corda. Quod autem ex intimis suspirijs talia desideria exalantur insinuat cum immediate ante predictum uersiculum dicat. Fugiebam a gemitu cordis mei. Et immediate post subiungit. Et gemitus meus a te non est absconditus. ac si dicat. Talia desideria non mea industria formantur sed ex suspirijs ante desiderium in desiderio post desiderium hauriuntur. De hoc desiderio dicitur Prover. xij. Desiderium si compleatur delectat animam. Talia enim desideria semper effectus suos consequuntur. Unde ibidem in prouerbij. Desiderium suum iustus dabitur. Et iterum Desiderium iustorum omne bonum. Ad talia enim desideria ut consequantur quod desiderant promissa tam in ueteri quam in nouo testamento dominus se constrinxit. In ueteri cum dixit. Omnem locum quem calcauerit pes uester. uester erit ac si diceret. Quantumcumque pedem desiderij in bona mea extendere poteritis tantum eritis accepturi Reg. j. c. ij. Tolle quantum desiderat anima tua. Et in nouo testamento. Si militer se constrinxit cum dixit. Amen amen dico uobis: quicquid petieritis patre in nomine meo dabit uobis. Sed diceret aliquis. Quid nobis et talibus desiderijs que in nostra potestate minime constituuntur. Respondeo. Si dabis deo quod habes dabit tibi deus quod non habes. Et si facis quod potes facit deus quod tu non potes. Propter quod in Leuit. dicitur. Sanctificabor in his qui appropinquant mihi. ac si diceret. Quanto

plus homines in his que possunt mihi appropinquauerint tanto sanctior me eis exhibeo. Unde iacobus. Appropinquate deo et appropinquet uobis. Appropinquate deo in his in quibus potestis: et appropinquet uobis deus in his in quibus non potestis. De hoc desiderio intendebat dominus cum dixit. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam quoniam tales per meam presentiam saturabuntur. Iustum qui prope ut cum sponsa domino dei tam impatiens habeat desiderium ad dei presentiam suspirandam tanto suo desiderio: nec donum tam magnificum euacuetur. De hoc desiderio dicit Berni. Oportet ut ardor desiderij sancti preueniat faciem ad omnem animam ad quam ipse est venturus. Et sic preparat locum domino. Et tunc sciat anima: quoniam iuxta est dominus. Cui se senserit illo igne succensam. Sic sit finis desiderij in scribendo: sed non sit finis desiderij in desiderando. Quod ipse prestare dignetur. qui ad hoc desiderium misericorditer nos inflammet.

Sermo XXVII

Habuc unum tibi deest. Habitis duobus passibus conatu uidelicet in deficienti et desiderio uelamenti. Nunc restat dicendum de tertio amore uidelicet excedenti. Hi enim tres passus designati sunt Ero. ubi dicitur. Ibi uiam trium dierum in solitudine. De hac charitate duo breuiter tanguntur: uidelicet quid sit charitas. secundo de modo excedenti qui est necessarius ad hunc occursum. De primo sciendum quod cum queritur quid sit charitas duplex est questio eo quod secundum Berni. Duplex est charitas substantialis et accidentalis. Substantialis est illa summa et ineffabilis charitas que deus est. Accidentalibus que est in anima sancta ipsa presentia creatoris et inflans. prima est creator. secunda creatura. Prima est fontale principium omnis sanctitatis et deuotionis: a qua secunda defluit tanquam radiis a sole calor ab igne. De quibus Berni. Recte charitas deus et dei uocatur. Itaque charitas dat charitatem substantiali accidentali. ubi datur signat nomen sub

Itaque n. augmeti n. delmeti
suspirijs mutatione sit sup
De tpe bmo xxvii